



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 5. Urbani VIII. Constitutio in Beldio recepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

„poni, prout imposuit, & ita &c. Non Sæc. XVII.  
„obstantibus omnibus & quibuscumque A.C. 1644.  
„in contrarium adductis & deductis &c.  
„Insuper Sanctitas sua mandavit juxta  
„sensum præfatum scribi per eamdem  
„S. Congregationem Nuntiis Apostoli-  
„cis ac locorum Ordinariis, & expe-  
„diri etiam litteras ad Gubernatorem  
„Flandriæ, & Universitatem Lova-  
„niensem, & ad alios &c.

§. V.

*Urbani VIII. Constitutio in Belgio  
recepta.*

Defuncto autem Urbano VIII. ejus Successor Innocentius X. tam assidue, tamque vehementer apud Philipum IV. Hispaniæ Regem instabat, ut tandem hic Princeps Bullam in Belgio promulgari præciperet: Insuper habito tamen Regis mandato, Brabantinus Senatus promulgationi obstitit, Universitas quoque Lovaniensis quosdam ad Regiam Curiam supplicatum emisit, quatenus & Pontifex rogaretur, ut palam declararet, quod ipse Divi Augustini doctrinam approbaret, eique nova hæc Bulla nullatenus adversaretur: Urgente autem Pontificis Internuntio, aliisque Jansenio adversis, imo ipso Papa etiam atque etiam interpellante,

Rex

**Sæc. XVII.** Rex a Mechliniens Archiepiscopo, &  
**A.C. 1644.** Gandavensi Præfule cauſas, ob quas  
 præfatam Bullam in Belgio recipere  
 detrectarent, exponi præcepit: Hi ve-  
 ro illas ad sequentes reduxere. I. Hæc  
 Bulla est subreptitie obtenta, & con-  
 tra Papæ mentem ac mandatum nomi-  
 natim Jansenium perstringit, novisque  
 turbis fomitem præbet. II. Divi Au-  
 gustini doctrina quæsito Jansenium im-  
 pugnandi obtentu impetitur. III. Jan-  
 senii liber nondum legitime discussus  
 est. Postea tamen jubente Rege Epi-  
 scopi hanc Bullam, ut memorabimus,  
 promulgarunt, eamque Duacensis Uni-  
 versitas recepit, obluctantibus adhuc  
 Lovaniensibus, qui etiam die decima  
 quinta Martii literas ad Parisienses  
 Theologos dederunt, ut eos a susci-  
 pienda Urbani Bulla averterent.

### §. VI.

#### *Tumultus in Ambianensi Diæcesi con- citati ob Patris le Juge Sermones.*

*Recit Veri-  
 tabl. du Pro-  
 cede de  
 l'Eveq.  
 d'Amiens  
 pag. I.*

Quamprimum Urbani VIII. Bulla, qua  
 Janseniani Augustini Lectio pro-  
 hibebatur, in Galliis divulgari cæper-  
 rat, mox circa ipsam hujus Auctoris  
 doctrinam præcipue inter Clericos op-  
 nionum animorumque diffensio orta est:  
 vulga-